Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35458
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



De profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocē meam. Fiant aures tue intendentes: in vocem deprecationis mee. Si iniquitates obseruaueris dñe: dñe quis sustinebit. Quia apud te propitiatio est: et propter legem tuā sustinui te dñe. Sustinuit aīa mea in verbo eius: speravit aīa mea in dño. A custodia matutina vsq; ad noctem: speret israel in dño. Quia apud dñm mīa et copiosa apud eum redemptio. Et ipse redimet israel: ex omnibus iniquitatibus eius. Psalmus

Domine exaudi oratiōnē meam auribus percipe obsecrationē meā: in veritate tua exaudi me in tua iustitia. Et non intres in iudiciū cū seruo tuo: quia non iustificabitur in cōspe-